Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



an. Memor esto fili quoniam pauperem vitam geri-
mus habebis multa bona si timueris dominum. Rem.
Peto domine ut de vinculo improperii huius
absoluas me aut certe desuper terram eri-
pies me ne reminiscaris delicta mea vel parentum
meorum neque vindictam sumas de peccatis meis
quia erues sustinentes te domine. Omnia iudicia
tua iusta sunt et omnes vie tue misericordia et veri-
tas et nunc domine memento mei. Ne re. Rem.
Omni tempore benedic dominum et pete ab eo ut vias
tuas dirigat et omni tempore consilia tua in ipso
permaneant. Memor esto fili quoniam pauperem
vitam gerimus habebis multa bona si ti-
mueris dominum. Et omni. Rem. Memor esto fili
quoniam pauperem vitam gerimus habebis multa bona
si timueris dominum. Fiducia magna erit coram
summo deo elemosina omnibus qui faciunt eam. Habebis.
Sufficiebat nobis paupertas nostra ut Rem.
divitie computarentur numquam fuisset pecunia
ista pro qua misisti filium nostrum baculum se-
nectutis nostre. Heu me fili mi ut quid te